

BERNARDINI<sup>41</sup>

Gomesii Miedes Archidia-

CONISAGVNTINI

COMMENTARIORVM

DE SALE

LIBER PRIMVS.



**METROPHILVS.** Gaudeo, mi Quin **A**  
tana, te saluum ac incolumē è cubicu  
lo tandem exire : timebam enim, &  
quidē vehemēter; ne tibi quidquam  
humanitus accidisset, qui mihi tandiu  
clamitanti, foresq; penē effringenti  
nunquā responderis. Vnde factū est,

obsecrō, vt somnus arctior solito te fuerit hac proxima  
nocte complexus? **QVINTANA.** Doleo profectō, mi

Metrophile, te molestiam vllam mea caussa coepisse, cui  
semper iucundus, ac gratus esse vellem: verū vt intelli- **B**

gas difficile fuisse mihi è tanto somno excitari; scito me  
hesterno die apud munificum Ludouicum Turrensē,

clericū, vt vocant, Cameralem, ac Montisregalis in Si-  
cilia Archiepiscopum designatum, cēna exceptum fuisse

lautissima : assidentibus nobilissimis quibusdam Hispa-  
nis, nuper ex Britannia urbem ingressis. Quibus varia,

scituq; dignissima enarrantibus; & de felici Philippi His-  
paniarū Principis in Insulam aduentu; & de inclyto eius

cum Maria Regina connubio; atque etiam de instaura-  
ta ibi à Reginaldo Polo Cardinale, veteri religione, in

tam multam noctem productus fuit sermo, & à cēna vi-  
gilia; vt non sit tibi quidem mirādum, quōd tam serō, sed

**A** quōd